

malè *καὶ οὐκ ἔως* legerunt. Quî verò Pau-
lo, viro, ut videtur, nec ignobili, nec inerudito,
vacare opificio licuerit? ulterius indagandum.
Rabbini hîc nos erudire conantur, qui tradût:
R. Gamalielē, S. Pauli Præceptorem, in Doctrina Fra-
trū, vehemēter cōmendasse, & mandasse; ut, Sa-
cras qui litteras addiscerent, opꝰ simul aliquod
possent exercere: & procliviores esse ad peccā-
dum, qui id prætermisissent. Tradût etiā, notā-
te Baronio, ad annum Christi LIII. Schemaja &
Althalion; communem quandam legem illis:
fuisse præscriptam, qui Sacras vellent litteras
profiteri; ut manuale quoddam opificium
addiscerent; quo vitam, sicubi opus, possent
sustentare. Ita par nobilissimorum Rabbino-
rum, Johanna & Judas hujusmodi opificiis:
celebrantur, ille sutoriâ; hic pistoriâ. Non verò
indifferenter omnia opificia Judæis placent.
Ita enim Abba Guria: Nunquam doceat homo filium
suum, ut sit mulio, camelio, tonsor, nauta, pastor,
caupo; quod opificium ipsorum, sit opificium latro-
num, i. e. plerumq; malitiosum & fraudulentum.
Addunt etiā Apellæ, laniones, ac non sine atro-
ci contumelia, Medicos. De illis scribunt: Pro-
bissimus lanionum, est socius Amaleki: de his:
Optimus Medicorum ad Gehennam pertinet. Si ul-